



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marcvlfī Monachi Formvlarvm Libri Dvo

Marculfus <Monachus>

Paris, 1635

XV. Libellus dotis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10644

nullus deinceps cōtra parem suum,
 nisi quod ad præsens accepit, de ip-
 sa alode genitoris eorum amplius
 requirēdi pontificium habere non
 debeat. Quod si aliquando aliquis
 ex ipsis, aut heredes eorum hoc
 mutare voluerint, aut amplius re-
 quirere quam accepit, voluerit, aut
 adsumere, inferat pari suo (ista tuta
 seruata) auri lib. tan. argenti pondo
 tan. & quod repetit vindicare non
 valeat ; sed præsens pactio, omni
 tempore firma permaneat, stipula-
 tione subnixa. Actum, &c.

XV. *LIBELLVS DOTIS.*

Quod bonum, faustum, felix
 prosperumue eueniat. De di-
 sponlandis maritandisque ordini-
 bus, ac procreationi liberorum,
 causis quæ sunt necessariæ, vt om-
 nis etiam donatio, per scriptura-
 rum seriem, pleniorē obtineat

132 MARCVLFI MONACHI
firmitatem. Donat igitur ille honestæ, puellæ, nurui suæ illi sponsæ filij sui illius, ante diem nuptiarum, donationisque animo transfert, aut transcribit, hoc est in tanto, dono villam nuncupatam illam, sitam ibi, cum domo condigna ad habitandum, vel omnem integritatem ibidem aspicientem; Similiter & in dotis titulum alias villas nuncupatas illas, sitas ibi, mancipia tanta illa & illa, inter aurum & argentum, fabricaturas in solidos tantos, caballos tantos, boues tantos, gregem equorum, gregem armentorum, gregem porcorum, gregem ouium; ita vt hæc omnia per manum suam ad superscriptam puellam nurum suam illam ante diem nuptiarum debeat peruenire, & in sua dominatione reuocare, vel quicquid exinde facere voluerit liberam habeat potestatem. Quod si quis contra

hunc libellum dotis venire, & eum
infringere conauerit, inferat parti-
bus illorum tantum, & *reliqua.*

XVI. *SI ALIQUIS PVELLAM
inuitam traxerit.*

DUlcissimæ coniugi meæ illi,
ille. Dum & te sine volunta-
te parentum tuorum, habui de-
sponsatam, & absque tua, vel pa-
rentum tuorum voluntate, rapto
scelere meo coniugio sociavi: id
est, dum & te * faciente conturno,
contra voluntatem parentum tuo-
rum, rapto scelere, in coniugio so-
ciaui, vnde vitæ periculum incurre-
re debui, sed interuenientibus sa-
cerdotibus, vel bonis hominibus
vitam obtinui; Sic tamen, vt quod
tibi in tanto dono, vel in dotis titu-
lum, ante diem nuptiarum si te de-
sponsatam habuissem, conferre de-
bueram, per hanc epistolam com-